LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Antequam Christus super omnes caelos ascenderet ut ad Patris dexteram sederet, discipulorum spem ita erexit suavisſimis verbis, ut tamen eos de presſuris [praemoneret].

Quas habituri esſent in mundo. Si videlicet deliberatum erat ut sicut ipse per crucem salutis nostrae inimicos palam triumphaverat, ita nos non aliter quam per multas tribulationes introiremus in regnum caelorum. Ut tamen in hac lucta adversus spiritalia nequitiae nemo animum desponderet, opportunum est ut, praeterquam in auctorem fidei et consummatorem Jesum, aspiciamus in eos qui in agone ante nos contenderunt ac modo coronantur et accipiunt palmam. Et huc quidem spectat ea Apostolici muneris pars ac potestas, qua Dei famulos heroicae virtutis laude praestantes, accedentibus ab ipso Deo signis et prodigiis, Christiano populo colendos proponimus, ut nobis scilicet, qui adhuc peregrinamur a Domino, praesidio sint pariter et exemplo. – Hac autem potestate laeti libentes hoc etiam die fungimur, quum Joannis Baptistae De la Salle, sacerdoti et Scholarum christianarum Institutori coelestium Sanctorum honores decernimus. Adest enim ex toto orbe frequentisſima, fidelium corona quae, ob annum sacrum a Nobis indictum, ad hanc urbem et Apostolorum exuvias convenit: appropinquat et novi saeculi initium, cui maxime proderit Joannis Baptistae documenta et exempla usurpanda proponere; nam exoptatae pacis institiae munere haud aliter licebit frui, quam si tenera et adolescens aetas in timore Domini et ad Evangelii leges educetur. Rhemis in urbe Galliarum nobilisſima, pridie Kalendas Maias anno MDCLI illustri loco natus est Joannes Baptista, praeclarum gentis suae et catholici nominis ornamentum futurus. Quam pietatis suavitatem toto vitae tempore prae se tulit eandem a puero demonstravit. Festivo quamvis ingenio, lusus iocosque a teneris abhorruit, delicias unice Sanctorum historiis hauriens. Quum vero egredi domo licuit,

24 mai 1900, à l'aube du XX^{e} siècle, au cours de l'Année sainte, Léon XIII canonise le Bienheureux Jean-Baptiste DE LA SALLE. Le cliché représente la Bulle de canonisation (la boule de plomb qui donne son nom à cet acte est visible à droite). Le culte du Saint va se diffuser dans le monde entier, rappelant à tous l'attention suprême qu'il faut accorder à l'enfance et à la jeunesse.

On May 24, 1900, at the start of the 20th Century, and during the Holy Year, Pope Leo XIII canonized Blessed John Baptist DE LA SALLE. Represented here is the Bull of Canonization (the lead seal after which this particular proclamation is called can be seen on the right). From this moment, devotion to the Saint spread throughout the world, recalling to one and all the vital attention that must be paid to children and youth.

24 de mayo de 1900 : en la alborada del siglo y precisamente dentro de las ceremonias del Año Santo, León XIII canoniza al Beato Juan Bautista DE LA SALLE. La lámina reproduce la "bula" de canonización (es visible a la derecha del documento la "bola" de plomo que origina el nombre del documento). El culto del santo se difundirá rápidamente por todo el mundo recordando a todos la atención particular que debemos brindar a la niñez y a la juventud.

24 maggio 1900, all'alba del secolo XX, durante l'anno Santo, Leone XIII canonizza il Beato Giovanni Battista DE LA SALLE. Il cliché rappresenta la Bolla di canonizzazione (la pallina di piombo che dà il nome a quest'atto è visibile a destra). Il culto del Santo si diffonde nel mondo intero ricordando a tutti la necessità di tenere in grande considerazione l'infanzia e la giovinezza.

Photo E. ROUSSET — Imp. LIMET France